

II (10)*

MAMERTINI PANEGYRICVS MAXIMIANO AVGVSTO DICTVS

ПАНЕГИРИК АВГУСТУ МАКСИМИАНУ

Произнесён Мамертином 21 апреля 289 года
в городе Августа Треверов

План речи

	<i>Главы:</i>
Вступление	1-2
Основная часть	3-12
1. Война против багаудов	3-4
2. Борьба с германскими племенами	5-10
3. Восстание Караузия	11-12
Заключение	13-14

Примечание: В скобках приводится нумерация панегириков в порядке их расположения в рукописях. Разночтения, имеющие важное значение для понимания латинского текста, обговорены в сносках.

1. 1. Cum omnibus festis diebus, sacratissime imperator, debeat honos uester diuinis rebus aequari, tum praecipue celeberrimo isto et imperantibus uobis laetissimo die ueneratio numinis tui cum sollempni sacrae urbis religione iungenda est. 2. Verum est enim profecto quod de origine huius ciuitatis accepimus, primam in ea sedem numinis uestri, sanctum illud uenerandumque palatium, regem aduenam condidisse, sed Herculem hospitem consecrasse. 3. Neque enim fabula est de licentia poetarum nec opinio de fama ueterum saeculorum, sed manifesta res et probata, sicut hodieque testatur Herculis ara maxima et Herculei sacri custos familia Pinaria, principem illum tui generis ac nominis Pallantea moenia adisse uictorem et, parua tunc licet regia, summa tamen religione susceptum futurae maiestatis dedisse primordia, ut esse posset domus Caesarum quae Herculis fuisset hospitium. 4. Iure igitur hoc die quo immortalis ortus dominae gentium ciuitatis uestra pietate celebratur, tibi potissimum, imperator inuicte, laudes canimus et gratias agimus, quem similitudo ipsa stirpis tuae ac uis tacita naturae ad honorandum natalem Romae diem tam liberalem facit ut urbem illam sic colas conditam, quasi ipse condideris. 5. Reuera enim, sacratissime imperator, merito quiuis te tuumque fratrem Romani imperii dixerit conditores: estis enim, quod est proximum, restitutores et, sit licet hic illi urbi natalis dies, quod pertinet ad originem populi Romani, uestri imperii primi dies sunt principes ad salutem.

2. 1. Quare si nunc Romae omnes magistratus et pontifices et sacerdotes iuxta parentes urbis et statores deos Herculis templa uenerantur, quia partam aliquando ex uictoria

I 1. Хотя почитание вас, святейший император¹, следует ставить наравне с богослужением во все праздничные дни, всё же в этот торжественнейший и радостнейший для вашего правления день возвеличивание твоего бога² в особенности следует соединить с благоговейно празднуемой годовщиной основания священного города³. 2. Ибо истинной правдой является то, что нам известно о его происхождении, а именно: что самое древнее обиталище вашей божественности в нём, этот священный и почитаемый дворец, основал царь-иноплеменник⁴, а осыятил пришедший из чужих земель Геркулес. 3. И это не небылица, порождённая воображением поэтов, и не предположение, основанное на дошедших из прошлого слухах, но факт явный и очевидный, поскольку и сегодня Великий алтарь Геркулеса и род Пинариев, хранитель Геркулесова культа⁵, свидетельствуют о том, что этот прародитель твоего рода и имени победителем пришёл на стены Паллантея⁶ и, будучи принят – хотя в то время царский дворец был довольно убогим – с величайшим благоговением, заложил основы будущего величия, чтобы жилищем Цезарей могло стать то, что ранее было пристанищем Геркулеса⁷. 4. Значит, по праву в этот день, когда благодаря вашему благочестию празднуется бессмертное возникновение города-господина народов⁸, именно тебе, непобедимый император, мы воздаем хвалы и приносим благодарность; тебе, кого сама общность твоего происхождения [с Римом], также как и некая скрытая сила природы заставляют праздновать день рождения этого города столь пышно, словно ты сам его основал⁹. 5. И в самом деле, святейший император, любой мог бы с полным основанием назвать тебя и твоего брата¹⁰ основателями Римского государства: ведь вы, что совершенно очевидно, являетесь его восстановителями¹¹ и потому, хотя сейчас празднуется день рождения знаменитого города, что имеет отношение к происхождению всего римского народа, всё же вернейшим залогом его благополучия являются именно первые дни вашего правления.

II 1. И потому все должностные лица Рима, и понтифики, и жрецы¹² почитают наряду с прародителями города и его богами-покровителями и святилища Геркулеса: ведь некогда он от реки Гибера и от Океана,

praedam a flumine Hiberno et conscio occidui solis oceano ad pabula Tyrrhena compulerit et in Palatino iugo uenturo tibi reliquerit uestigia, quanto tandem studio nos hic conuenit, qui te praesentem intuemur deum toto quidem orbe uictorem, sed nunc cum maxime in eadem occidentis plaga non pastorem trino capite deformem, sed prodigium multo taetrius opprimentem, quicquid spiritus et uoci habeamus, omne id in laudibus tuis non occupare modo, sed, si res poscat, absumere? 2. Vnde igitur ordiar? Commemorabor nimirum patriae tuae in rempublicam merita? Quis enim dubitat quin multis iam saeculis, ex quo uires illius ad Romanum nomen accesserint, Italia quidem sit gentium domina gloriae uetustate, sed Pannonia uirtute? 3. An diuinam generis tui originem recensebo, quam tu non modo factis immortalibus, sed etiam nominis successione testaris? 4. An quemadmodum educatus institutusque sis praedicabo in illo limite, illa fortissimarum sede legionum, inter discursus strenuae iuuentutis et armorum sonitus tuis uagitibus obstrepentes? 5. Finguntur haec de Ioue; sed de te uera sunt, imperator. An tuas res gestas enumerare conabor, quae te prima signa imperatoriis auspiciis inaugurarint, quae castra dominum habitura susceperint; quae bella deduxerint, quae uictoriae auxerint? 6. Ibo scilicet uirtutis tuae uestigiis colligendis per totum Histri litem perque omnem qua tendit Eufraten et ripas peragrabo Rheni et litus oceani? 7. Sed qui uelit omnia ista complecti, saecula sibi optare debet et innumerabiles annos et quantam tu mereris aetatem.

3. 1. Faciam igitur compendio orationis meae, sed damno uoluntatis, quod huic tempori maxime congruit; omittam cetera et potissimum illud arripiam quod multis fortasse mirum

свидетеля захода солнца, привёл полученную в результате победы добычу на тирренские пастбища¹³ и оставил для тебя, грядущего, следы на Палатинском холме. Так с каким же рвением мы, взирающие на тебя как на подлинного бога¹⁴, победителя всей вселенной, должны возносить хвалы сейчас, именно сейчас, когда в тех же самых областях Запада ты поражаешь не ужасного трёхголового пастуха, а ещё более отвратительное чудовище¹⁵? Не следует ли нам восхвалять тебя не только всем дыханием и голосом, какие мы имеем, но, если потребуется, прославлять вплоть до изнеможения! 2. Итак, с чего же мне начать? Мне, конечно, напомнят о заслугах твоей родины по отношению к государству? Действительно, кто сомневается в том, что в течение уже многих веков её силы входят в состав Римского имени и что, в то время как Италия является владычицей народов благодаря долголетию своей славы, Паннония является таковой ввиду своей доблести¹⁶? 3. Сказать ли мне о божественном происхождении твоего рода, которое ты доказал не только своими многочисленными деяниями, но и преемственностью своего имени¹⁷? 4. Рассказать ли о том, как ты был воспитан и обучен в этой пограничной стране¹⁸, знаменитом местопребывании храбрейших легионов, среди круговорота буйной молодости и грома оружия, сливавшихся с твоими детскими криками? 5. О Юпитере это выдуманно¹⁹, в то время как то, что касается тебя, император, – правда. Попытаться ли мне перечислить твои подвиги²⁰; сказать ли мне, какие отличия императорской власти украсили тебя в самом начале; какие военные лагеря приняли тебя, своего будущего господина; какие велись войны; какие победы приумножили твою славу? 6. Я, безусловно, пройду мысленным взором по следам, оставленным твоей доблестью по всему Гистру и по тому краю, где течёт Евфрат; по берегам Рена и по берегу Океана²¹. 7. Однако тот, кто захочет рассказать обо всём этом, должен просить для себя века и бесчисленные годы и такую же долгую жизнь, какую заслуживаешь ты.

III 1. Поэтому я сокращу свою речь, так как это более всего соответствует настоящему моменту, но сделаю это вопреки своему желанию. Я опущу остальное и лучше изложу то, что многим, пожалуй,

uidebitur et tamen re ipsa uerissimum est: te, cum ad restituendam rem publicam a cognato tibi Diocletiani numine fueris inuocatus, plus tribuisse beneficii quam acceperis. Neque enim specie tenus ac nomine fortuna imperii consideranda est. 2. Trabeae uestrae triumphales et fascēs consulares et sellae curules et haec obsequiorum stipatio et fulgor et illa lux diuinum uerticem claro orbe complectens uestrorum sunt ornamenta meritorum pulcherrima quidem et augustissima, 3. sed longe illa maiora sunt quae tu impartito tibi imperio uice gratiae retulisti: admittere in animum tantae rei publicae curam et totius orbis fata suscipere et oblitum quodammodo sui gentibus uiuere et in tam arduo humanarum rerum stare fastigio, ex quo ueluti terras omnes et maria despicias uicissimque oculis ac mente collustres ubi sit certa serenitas, ubi dubia tempestas, qui iustitiam uestram iudices aemulentur, qui uirtutis uestrae gloriam duces seruent, 4. accipere innumerabiles undique nuntios; totidem mandata dimittere, de tot urbibus et nationibus et prouinciis cogitare, noctes omnes diesque perpeti sollicitudine pro omnium salute transigere.

4. 1. Haec omnia cum a fratre optimo oblata susceperis, tu fecisti fortiter, ille sapienter. 2. Neque enim cum reipublicae nauem secundus a puppi flatus imispelleret, salutarem manum gubernaculis addidisti, sed cum ad restituendam eam post priorum temporum labem diuinum modo ac ne id quidem unicum sufficeret auxilium, praecipitanti Romano nomini iuxta principem subisti eadem scilicet auxilii oportunitate qua tuus Hercules Iouem uestrum quondam terrigenarum bello laborantem magna uictoriae parte iuuit probauitque se non magis a dis acceperisse caelum quam eisdem reddidisse. 3. An non illud malum simile monstrorum biformium in hisce terris fuit quod tua, Caesar, nescio utrum magis fortitudine repres-

покажется чудесным, и всё же является правдивейшим по сути, а именно: что ты, будучи призван к восстановлению государства родственной тебе божественностью Диоклетиана²², больше оказал благодеяний, чем получил их. Ибо не следует судить об императорском звании лишь по внешнему виду и титулу. 2. Ваши праздничные трапеи, и консульские фасции, и курульные кресла, и это стечение подданных, и блеск, и сияние, обнимающее сверкающим кругом божественную главу²³, – всё это прекраснейшие и к тому же священнейшие украшения ваших заслуг. 3. Однако гораздо более ценно то, чем ты, после вручения тебе власти, отблагодарил сам: ты всей душой заботишься о столь обширном государстве, печёшься о судьбах всего мира и живёшь для народов, в известной мере забыв о себе; ты находишься на такой вершине человеческих деяний, что как бы взираешь с неё на все земли и моря и обзреваешь и глазами, и мыслью, где несомненное спокойствие, где грозная буря, и какие правители подражают вашей справедливости, и какие военачальники оберегают славу вашей доблести²⁴. 4. Ты принимаешь отовсюду бесчисленные известия, издаёшь столько же указов, о стольких городах, народах и провинциях думаешь; все дни и ночи проводишь в постоянной заботе о благополучии всех²⁵.

IV 1. Когда ты принял всё это, предложенное твоим благороднейшим братом, ты поступил решительно, а он – мудро. 2. Ведь ты протянул к рулю свою спасительную руку²⁶ не тогда, когда корабль государства толкал в корму попутный ветер, но когда после крушения предшествующих времён²⁷ для его восстановления было недостаточно даже божественной помощи. Вместе с принцепсом ты помог поверженному Римскому имени с такой же готовностью, с какой твой Геркулес оказал помощь вашему Юпитеру, испытывавшему трудности в борьбе с земнородными²⁸, обеспечив при этом бóльшую часть победы и доказав, что он не столько получил небо от богов, сколько вернул его им. 3. И не было ли то зло схоже с двуобразными чудовищами²⁹ в наших землях³⁰, когда напали земледельцы, несведущие в военном деле; когда землепашец превратился в пехотинца, пастух –

sum sit an clementia mitigatum, cum militares habitus ignari agricolae appetiuerunt, cum arator peditem, cum pastor equitem, cum hostem barbarum suorum cultorum rusticus uastator imitatus est? 4. Quod ego cursim praetereo: uideo enim te, qua pietate es, obliuionem illius uictoriae malle quam gloriam.

5. 1. Quid uero? Statim, uixdum misero illo furore sopito, cum omnes barbariae nationes excidium uniuersae uersae Galliae minarentur neque solum Burgundiones et Alamanni, sed etiam Chaibones Erulique, uiribus primi barbarorum, locis ultimi, praecipiti impetu in has prouincias irruissent, quis deus tam insperatam salutem nobis attulisset, nisi tu adfuisses? 2. Tu enim diuinae prouidentiae, imperator, consilio prius quam ui bellum gerendum ratus ceteros quidem perduelles, quibus ipsa multitudo pestifera erat, ire passus es in profundam famem et ex fame in pestilentiam, mox ad triumphi ornamenta capienda militum manibus usus; Chaibonas tamen Erulosque non dignatus pari astu perdere atque ut interim diuina uirtus tua exercitatione solita non careret aperto Marte atque uno impetu perculisti, non uniuerso ad id proelium usus exercitu, sed paucis cohortibus. 3. Quid enim opus erat multitudine, cum ipse pugnares, ipse omnibus locis totaque acie dimicares, ipse hosti undique, et qua resisteret et qua cederet et qua fugeret, occurreres erroremque aduersariis pariter ac tuis faceres? cum neque te barbari unum putarent neque milites, non dico stipatione atque comitatu, sed saltem oculis sequi possent? Toto quippe proelio ferebare, non aliter quam magnus amnis solet hibernis imbris auctus et niuibus passim fluere qua campus est. 4. Ita cuncti Chaibones Erulique cuncti tanta interneccione caesi interfec-tique sunt ut extinctos eos relictis domi coniugibus ac matri-

во всадника; когда сельский житель опустошал свои поля, подражая врагу – варвару³¹. И бедствие это то ли – не знаю, чем больше, – твоей, Цезарь³², смелостью было подавлено, то ли твоим милосердием усмирено. 4. Но это я упоминаю лишь вскользь, ибо вижу, что благодаря своей доброте ты предпочитаешь скорее забыть об этой победе, чем гордиться ею.

V 1. И что же? Едва успокоился этот достойный сожаления приступ ярости, как тотчас же Галлии³³ стали грозить опустошением все варварские племена, причём в наши провинции ворвались не только бургундионы и аламанны, но и живущие в отдалённых местностях и стремительные в своих набегах хайбоны и герулы, народности среди варваров самые сильные³⁴. И мог ли какой-нибудь бог принести нам столь неожиданное спасение, если бы не помог ты? 2. Ибо ты, император, полагая с присущей тебе божественной пронизательностью, что война должна вестись скорее хитростью, чем силой, позволил, чтобы прочие враги, самое обилие которых было для них пагубно, впали в жесточайший голод, а из голода – в болезни (ведь военную силу ты намеревался использовать позже, для получения отличий триумфа); хайбонов же и герулов, не соблаговолив уничтожить их при помощи такой же хитрости, а также для того, чтобы твоё мужество не испытывало недостатка в обычных упражнениях, ты, вступив в сражение в открытом поле, уничтожил одним ударом, воспользовавшись в этом сражении не всем войском, а лишь несколькими когортами. 3. Ибо для чего нужна была многочисленная армия, если ты сам участвовал в битве, сам сражался повсюду на всём поле брани, сам везде спешил навстречу врагу – и там, где он сопротивлялся, и где отступал, и где убегал, – и вводил в заблуждение как противника, так и своих воинов; если ни варвары, ни твои солдаты, не говоря уж о многочисленных сопровождающих³⁵, не верили, что это мог сделать ты один: но они могли, по крайней мере, следовать за тобой глазами. Ведь ты носился в этом сражении подобно набухшей от зимних ливней и дождей бурной реке, которая имеет обыкновение разливаться везде, где есть открытое пространство. 4. И все хайбоны и герулы были так перебиты

bus non profugus aliquis e proelio, sed uictoriae tuae gloria nuntiaret.

6. 1. Transeo innumerabiles tuas tota Gallia pugnans atque uictorias. Quae enim tot tantisque rebus sufficiat oratio? 2. Illum tamen primum consulatus tui auspicalem diem tacitus praeterire nullo modo possum, quo tu solus omnium consecutus es ut, quod tempus antea incipiendis tantummodo rebus aptum uidebatur, tunc primum potuerit sufficere peragendis unoque sol curriculo suo eoque breuissimo et officia te consulis inchoantem uideret et opera imperatoris implentem. 3. Vidimus te, Caesar, eodem die pro re publica et uota suscipere et coniunctim reddere. Quod enim optaueras in futurum, fecisti continuo transactum, ut mihi ipsa deorum auxilia quae precatus eras praeuenisse uidearis et, quidquid illi promiserant, ante fecisse. Vidimus te, Caesar, eodem die et in clarissimo pacis habitu et in pulcherrimo uirtutis ornatu. 4. Bona uenia deum dixerim, ne Iuppiter quidem ipse tanta celeritate faciem caeli sui uariat quam facile tu, imperator, togam praetextam sumpto thorace mutasti, nastam posito scipione rapuisti, a tribunali temet in campum, a curuli in equum transtulisti et rursus ex acie cum triumpho redisti totamque hanc urbem repentina tua in hostes eruptione sollicitam laetitia et exultatione et aris flagrantibus et sacrificis odoribus accensis numini tuo implesti. 5. Ita utroque illius diei supremo tempore bis diuina res pari religione celebrata est, Ioui, dum pro futuris uouetur, tibi dum pro uictoria soluitur.

и уничтожены в этой сечи, что оставленным дома женам и матерям сообщил об их разгроме не какой-нибудь бежавший с поля боя воин, а возвестила слава твоей победы.

VI 1. Я обхожу молчанием твои бесчисленные сражения и победы по всей Галлии³⁶. Ибо какая речь может выразить столь многочисленные и огромные деяния? 2. Однако, умалчивая об этом, я никоим образом не могу опустить тот связанный с ауспигиями день³⁷, когда ты впервые приступил к своим консульским обязанностям и, единственный из всех, добился того, чтобы этого дня, некогда казавшегося пригодным только для начала дел, в тот раз впервые смогло хватить и для их завершения, так что солнце в течение одного своего оборота, и притом очень короткого, увидело тебя и приступающим к своим консульским обязанностям, и выполняющим функции военачальника. 3. Мы видели, Цезарь³⁸, что в тот день ты давал обеты за государство и тут же исполнял их. Ибо то, что ты пожелал сделать в будущем, ты тут же и завершил, так что, как мне кажется, ты опередил саму помощь богов, о которой молил, и уже свершил всё, что они тебе только пообещали. Мы видели тебя, Цезарь, в один и тот же день и облачённым в сверкающие одежды мира, и украшенным прекрасным нарядом доблести³⁹. 4. С позволения богов я сказал бы, что даже сам Юпитер не изменяет с такой быстротой облик своего неба, с какой ты, император, снял тогу-претексту⁴⁰, чтобы надеть панцирь; схватил копье, отбросив жезл; перебрался с трибунала⁴¹ на поле сражения, а с курульного кресла – на коня и вновь, торжествуя, вернулся с поля битвы; как весь этот город⁴², потрясённый твоим внезапным нападением на врагов, ты наполнил радостью и ликованием, а также пылающими жертвенниками и воскуряемыми в честь твоей божественности благовониями. 5. Таким образом, дважды – в начале и на исходе этого дня – с одинаковым благочестием было совершено жертвоприношение: в то время как Юпитеру приносятся обеты на будущее, тебе воздается за победу.

7. 1. Tale igitur auspiciū illius anni quid sequebatur nisi nouum aliquod et ingens miraculum? 2. Quod autem maius euēire potuit illa tua in Germaniam transgressione qua tu primus omnium, imperator, probasti Romani imperii nullum esse terminum nisi qui tuorum esset armorum? 3. Atqui Rhenum antea uidebatur ipsa sic natura duxisse ut eo limite Romanae prouinciae ab immanitate barbariae uindicarentur. 4. Ecquis umquam ante uos princeps non gratulatus est Gallias illo amne muniri? Quando non cum summo metu nostro Rhēni alueum minuit diu serena tempestas? Quando non cum securitate nostra illius diluuiā creuerunt? 5. Credo, itidem opimam illam fertilemque Syriam uelut amplexu suo tegebat Eufrates, antequam Diocletiano sponte se dederent regna Persarum. Verum hoc Iouis sui more nutu illo patrio, quo omnia contremescunt, et maiestate uestri nominis consecutus est; 6. tu autem, imperator inuicte, feras illas indomitasque gentes uastatione, proeliis, caedibus, ferro ignique domuisti. Herculei generis hoc fatum est uirtuti tuae debere quod uindicat. Exinde igitur soluto animo ac libero sumus. 7. Licet Rhēnus arescat tenuique lapsu uix leues calculos perspicuo uado pellat, nullus inde metus est: quicquid ultra Rhenum prospicio Romanum est.

8. 1. Sic illa quondam Romanae potentiae diu aemula et inimica Carthago a P. Scipione deuicta est, cum is traiecto in Africam exercitū Hannibalem ab Italiae uastatione reuocauit. 2. Audieras hoc, imperator? an ipse per te diuina tua mente perspexeras ita demum hostes funditus posse subuerti, si in propriis sedibus uincerentur nec praedam modo quam cepissent amitterent, 3. sed ipsi coniuges et liberos et parentes suos et carissima omnia capta maererent? Hoc tu siue cognitum secutus es seu te auctore fecisti, utrumque pulcherrimum est. 4. Neque enim minorem laudem magnarum rerum

VII 1. А что последовало за столь значительным началом этого года, как не ещё одно замечательное чудо? 2. С другой стороны, чем иным мог оказаться твой переход в Германию⁴³, в котором ты, император, первым из всех доказал, что Римской империи принадлежат все земли, находящиеся под защитой твоего оружия? 3. В самом деле, сама природа, как кажется, некогда расположила Рен таким образом, чтобы защитить его руслом Римские провинции от свирепости варваров. 4. И до вас, принцепсы, не радовались ли всегда тому, что Галлии ограждены этой рекой? И когда пересохшее от солнечной погоды русло Рена не рождало в нас огромного страха? Когда разливы его не способствовали нашей безопасности? 5. Я считаю, что точно так же как бы своим объятием Евфрат защищал знаменитую своим богатством и плодородием Сирию до тех пор, пока Персидское царство не покорилось добровольно Диоклетиану⁴⁴. Однако он достиг этого знаменитым отеческим кивком по обычаю своего Юпитера, кивком, от которого всё трепещет, а также величием ваших имён; (6) ты же, непобедимый император, покорил эти дикие и свирепые народы опустошением, битвами, убийствами, мечом и огнём. Такова судьба рода Геркулеса: твоей доблести обязано всё то, что ты оберегаешь. И именно поэтому мы безмятежны и свободны от всех забот. 7. И пусть пересыхает Рен и с трудом толкает скудным течением лёгкие камешки в прозрачной воде – мы не испытываем из-за этого никакого страха: ведь все, что виднеется по ту сторону, принадлежит Римской державе!

VIII 1. Точно так же некогда был окончательно побеждён Публием Сципионом давний и знаменитый соперник и враг Римского могущества – Карфаген: ведь тот, переправив в Африку войско, воспрепятствовал Ганнибалу опустошать Италию⁴⁵. 2. Ты слышал об этом, император? А может, ты сам своим божественным умом постиг, что враги могут быть полностью уничтожены лишь тогда, когда их побеждают в их собственных землях, когда они лишаются не только собственной добычи, (3) но сами оплакивают потерю своих жён, и детей, и своих родителей, и всего, что им очень дорогого. Следовал ли ты тому, что узнал, или поступил по собственному побуждению – и то, и другое пре-

aemuli quam ipsi merentur auctores. 5. Quin immo, quamuis optimum, intemptatae rei consilium fortunae committitur; iteratum uero idem atque repetitum ad certam iudicii gloriam pertinet. 6. Ideoque hoc nunc ambo, sacratissime imperator, ipso estis Scipione potiores quod et tu Africanum et te Diocletianus imitatus est.

9. 1. Ingressus est nuper illam quae Raetiae est obiecta Germaniam similique uirtute Romanum limitem uictoria protulit: adeo numini illius simpliciter amanterque, quicquid pro hisce terris feceras rettulisti, cum ex diuersa orbis parte coeuntes inuictas dexteras contulistis, adeo fidum illud fuit fraternumque colloquium. 2. In quo uobis mutua praebuitis omnium exempla uirtutum atque inuicem uos, quod fieri iam posse non uidebatur, auxistis, ille tibi ostendendo dona Persica, tu illi spolia Germanica. 3. Sed neque illum uirtutes tuae bellicae a liberalitate neque te illius opes a bellica uirtute reuocarunt: ambo nunc estis largissimi, ambo fortissimi atque hac ipsa uestri similitudine magis magisque concordet et, quod omni consanquinitate certius est, uirtutibus fratres. 4. Sic fit ut uobis tantum imperium sine ulla aemulatione commune sit neque ullum inter uos discrimen esse patiamini, sed plane ut gemini illi reges Lacedaemones Heraclidae rem publicam pari sorte teneatis. 5. Quamquam hoc uos meliores et iustiores quod illos mater astu coegit, cum nemini fateretur quem prius edidisset in lucem, pari aetatis auctoritate regnare, uos hoc sponte facitis quos in summis rebus aequauit non uultuum similitudo, sed morum.

красно. 4. Ведь не меньшую похвалу заслуживают последователи великих деяний, чем сами их зачинатели. 5. Мало того, даже самое лучшее намерение отдается на волю судьбы, осуществляясь впервые, но оно же, повторенное вновь и вновь, свидетельствует о верности принятого решения и заслуживает славы. 6. И сейчас, святейший император, вы оба являетесь лучше Сципиона потому, что и ты подражаешь знаменитому Африканцу, и Диоклетиан – тебе.

IX 1. Он вступил недавно в ту часть Германии, которая лежит перед Ретией⁴⁶, и столь же доблестно и победоносно расширил римские пределы, а ты так просто и по-дружески рассказал его божественности обо всём, что сделал для защиты этих стран⁴⁷, когда из противоположных частей света вы соединили протянутые друг другу непобедимые длани: столь надёжной и братской была эта встреча⁴⁸. 2. В ней вы подали друг другу примеры всех добродетелей и, что казалось уже невозможным, взаимно усилили друг друга: он – передавая тебе персидские дары⁴⁹, ты ему – германскую добычу. 3. Но ни твои ратные подвиги не отвратили его от щедрости, ни его богатства тебя – от воинской доблести: сейчас вы оба являетесь самыми щедрыми, самыми храбрыми и благодаря этому сходству между вами всё больше и больше растёт согласие и (что надёжнее всякого кровного родства) вы всё больше становитесь братьями по добродетелям. 4. Таким образом, получается, что для вас столь большое государство является общим без всякого соперничества; при этом вы не допускаете между собой никакого различия, но, подобно знаменитым спартанским царям Гераклидам⁵⁰, делившим между собой власть, в равной степени держите в своих руках судьбы империи. 5. Впрочем, вы тем лучше и справедливее, что тех хитростью вынудила царствовать таким образом, словно они не имели никаких различий в возрасте, их мать, никому не открывшая, кто из них первым появился на свет: вы же, кого уравнивает сходство не внешности, а характеров, поступаете так по своей воле.

10. 1. Attamen illos, si discrimen sui scire potuissent, minus mirum fuisset exiguam sibi communicasse regionem, quam saepe uno die impiger uiator emensus est. Vos uero, qui imperium non terrae, sed caeli regionibus terminatis, tantam uim, tantam potestatem mutuo uobis impartire diuinae profecto imraortalisque fiduciae est, quam cupiditas nulla perturbet. 2. Et tamen uides, imperator, non inuenire me ex omni antiquitate quod comparem uobis nisi Herculeae gentis exemplum. 3. Nam ille quidem magnus Alexander iam mihi humilis uidetur Indo regi sua regna reddendo, cum tam multi reges, imperator, uestri clientes sint, cum per te regnum receperit Gennoboudes, a te uero munus acceperit. 4. Quid enim ille aliud expetiuit ad conspectum tuum cum omni sua gente ueniendo, nisi ut tunc demum integra auctoritate regnaret, cum te, Maximiane, placasset? 5. Ostendit ille te identidem, ut audio, popularibus suis et intueri diu iussit et obsequia discernere, cum tibi ipse seruiret. 6. Hoc eodem modo rex ille Persarum, numquam se ante dignatus hominem confiteri, fratri tuo supplicat totumque, si ingredi ille dignetur, regnum suum pandit. 7. Offert interim uaria miracula, eximiae pulchritudinis feras mittit, amicitiae nomen impetrare non contentus promeretur obsequio.

11. 1. Vestra hoc concordia facit, inuictissimi principes, ut uobis tanta aequalitate successuum etiam fortuna respondeat. Rem publicam enim una mente regitis, neque uobis tanta locorum diuersitas obest quominus etiam ueluti iunctis dexteris gubernetis. 2. Ita, quamuis maiestatem regiam geminato numine augeatis, utilitatem imperii singularis consentiendo regnetis. 3. Quare, si non frustra Graeci poetae hominibus iustitiam colentibus repromittunt binos gregum fetus et duplices arborum fructus, nunc omnia gentibus uniuersis gemi-

X 1. Впрочем, если бы те и смогли узнать о своём различии, меньшим чудом было бы то, что они сделали общей небольшую территорию, которую почти за один день обходит неутомимый путник. Что же касается вас, кто ограничивает своё государство⁵¹ областями не земли, а неба, то именно поддержка бессмертных богов в равной мере наделила вас такой силой и такой властью, которую не в состоянии разрушить никакая алчность. 2. И ведь ты видишь, император, что я не выискиваю из всей древности, что бы мне сравнить с вами, но привожу пример лишь из истории рода Геркулеса. 3. Более того, знаменитый Александр Великий, возвративший индийскому царю⁵² его царство, уже кажется мне незначительным: ведь столько царей, император, находятся в зависимости от вас; ведь по твоей воле Геннобод⁵³ вновь обрёл царство и от тебя же получил свой сан. 4. В самом деле, чего ещё добивался он при встрече с тобой, придя со всем своим племенем, как не того, чтобы восстановить свою прежнюю власть лишь на условии полного подчинения тебе, Максимиан? 5. Он, как я слышал, все время указывал на тебя своим соплеменникам, приказывал им постоянно на тебя смотреть и учиться покорности⁵⁴, поскольку сам был тебе покорен. 6. Точно так же знаменитый царь персов⁵⁵, всегда считавший себя равным лишь богам, на коленях молит твоего брата и раскрывает для него всё своё царство, если только тот удостоит вступить в него. 7. Одновременно он предлагает различные чудеса, посылает зверей необычайной красоты и, довольный тем, что вымолил звание друга Римского народа, заслуживает его своим послушанием⁵⁶.

XI 1. Само ваше единодушие, непобедимейшие принцепсы, лежит в основе того, что и судьба наделяет вас равными успехами. Ведь вы управляете государством сообща, и то, что вы находитесь в столь отдалённых друг от друга местах, не мешает вам править как бы рука об руку. 2. Таким образом, двойной божественностью вы как бы увеличиваете царское величие⁵⁷, а взаимным согласием укрепляете благо замечательного правления. 3. Поэтому, если не напрасно греческие поэты⁵⁸ обещают чтущим справедливость людям двойной приплод стад и двойной урожай плодов, сейчас всё вдвойне причитается всем без ис-

na debentur, quarum uos domini tam sancte iustitiam et concordiam colitis. 4. Tu quidem certe, imperator, tantum esse in concordia bonum statuis ut etiam eos qui circa te potissimo funguntur officio necessitudine tibi et affinitate deuinxeris, id pulcherrimum arbitratus adhaerere lateri tuo non timoris obsequia, sed uota pietatis. Quorum ductu proxime, cum felicissimis uestris auspiciis uterentur, lubrica illa fallaxque gens barbarorum ut merebatur affecta est. 5. Vestra haec, imperator, uestra laus est: a uobis proficiscitur etiam quod per alios administratur. 6. Vt enim omnia commoda caelo terraque parta, licet diuersorum numinum ope nobis prouenire uideantur, a summis tamen auctoribus manant, Ioue rectore caeli et Hercule pacatore terrarum, sic omnibus pulcherrimis rebus, etiam quae aliorum ductu geruntur, Diocletianus initium facit, tu tribuis effectum. 7. Vestrae, inquam, fortunae, uestrae felicitatis est, imperator, quod iam milites uestri ad oceanum peruenere uictoria, iam caesorum in illo litore hostium sanguinem reciproci fluctus sorbuerunt.

12. 1. Quid nunc animi habet ille pirata, cum fretum illud quo solo mortem suam hucusque remoratus est paene exercitus uestros uideat ingressos oblitosque nauium refugum mare secutos esse, qua cederet? 2. Quam nunc insulam remotiorem, quem alium sibi optet oceanum? Quo denique pacto effugere poenas reipublicae potest, nisi si haustu terrae deuoretur aut turbine aliquo in deuia saxa rapiatur? 3. Aedificatae sunt ornataeque pulcherrimae classes cunctis simul amnibus oceanum petiturae. Neque solum ad perficiendas eas certatim homines laborarunt, sed etiam ad excipiendas flumina repente creuerunt. 4. Toto fere anno, imperator, quo tibi opus erat serenitate ut naualia texerentur, ut trabes caederentur, ut artificum animi uigerent, ut manus

ключения народам, коих вы, владыки, столь свято почитаете справедливость и взаимное согласие. 4. Ты, император, действительно считаешь, что жить в согласии столь выгодно, что людей, занимающих при тебе важнейшие должности, привязал к себе также узами родства и тесной дружбы⁵⁹, вследствие чего они повинуются тебе, как ты полагаешь, не из страха, но благодаря искренней любви. Совсем недавно⁶⁰ под их командованием (хотя они пользовались вашим счастливым руководством) было нанесено заслуженное поражение этому ненадёжному и лживому варварскому племени⁶¹. 5. Это ваша, император, ваша заслуга: от вас зависит и то, что приводят в исполнение другие⁶². 6. Ведь как Юпитер, владыка небес, и Геркулес, умиротворитель земель, являются высшими творцами всех благ, рождаемых небом и землёй, хотя и кажется, будто эти блага даются нам различными богами, так и Диоклетиан всем прекраснейшим деяниям, в том числе и сделанным под руководством других, кладёт начало, а ты – разделяешь их выполнение. 7. Вашей, я утверждаю, судьбе, вашему счастью, император, следует приписать то, что ваши воины уже победоносно дошли до Океана; что набегающие волны уже слизали кровь убитых на его берегах врагов⁶³.

XII 1. Что творится в душе этого пирата⁶⁴ сейчас, когда он почти воочию видит, как в этот пролив, который до сих пор один лишь задерживал его гибель, вступили ваши войска и, не дожидаясь своих кораблей, повсюду устремились в отступающие перед ними волны? 2. Какой более отдалённый остров⁶⁵, какой другой океан он может желать сейчас для себя? Наконец, каким образом он может избежать наказания со стороны государства: разве только будет поглощён землей или заброшен каким-нибудь смерчем на недоступные скалы? 3. Построены и украшены красивейшие корабли, стремящиеся отправиться к Океану одновременно по всем рекам⁶⁶. Не только люди наперебой трудились, чтобы построить их, но и реки неожиданно вздулись, чтобы их принять. 4. Почти весь год, император, когда ты нуждался в ясной погоде, чтобы были защищены доки и срублены деревья, чтобы мастера были бодры духом и чтобы не коченели руки, почти ни один день не был испорчен дождём.

ne torpescerent, nullus fere dies imbre foedatus est. 5. Hiems ipsa temperiem ueris imitata est. Iam non septentrioni nos putauimus subiacere, sed quasi translatis sideribus aut terris meridiani caeli clementiam sensimus. 6. Fluuius hic noster diu pluuiarum pabulo carens impatiens erat nauium, solam naualibus tuis materiam deuehebat. Ecce autem subito, cum iam deduci liburnas oporteret, tibi uberes fontes terra submisit, tibi largos imbres Iuppiter fudit, tibi totis fluminum alueis oceanus redundauit. 7. Ita in aquas sponte subeuntes impetum nauigia fecerunt leui modo commota nisu ducentium, quorum ad felicissimum illud exordium magis opus erat nautico carmine quam labore. 8. Facile itaque quiuis intellegit, imperator, quam prosperi te successus in re maritima secuturi sint, cui iam sic tempestatum oportunitas obsequatur.

13. 1. Felix igitur talibus, Roma, principibus (fas est enim ut hoc dicendi munus pium unde coepimus terminemus), felix, inquam, et multo nunc felicior quam sub Remo et Romulo tuis. 2. Illi enim, quamuis fratres geminique essent, certauerunt iam en uter suum tibi nomen imponeret diuersosque montes et auspicia ceperunt; hi uero conseruatores tui (sit licet nunc tuum tanto maius imperium quanto latius est uetere pomerio, quidquid homines colunt) nullo circa te liuore contendunt. Hi, cum primum ad te redeant triumphantes, uno cupiunt inuehi curru, simul adire Capitolium, simul habitare Palatium. 3. Vtere, quaeso, tuorum principum utroque cognomine, cum non cogaris eligere: licet nunc simul et Herculia dicaris et Iouia. 4. O quanto nunc, imperator, illa ciuitas esset augustior, quanto magis hunc natalem suum diem coleret, si uos stipatos uestro senatu in illa Capitolini Iouis arce conspiceret! quae nunc sine dubio praesentiam uestri sibi fingit, aedes uestrorum numinum frequentando et

5. Сама зима своей мягкостью уподобилась весне. И мы уже думали, будто находимся не на севере, а, словно переместились звёзды и земли, ощущали ласковость южного неба. 6. Эта наша река⁶⁷, в течение долгого времени не получавшая пищи от дождей, не могла нести корабли, доставляя на твои верфи лишь строевой лес. И вдруг неожиданно, когда уже следовало спускать на воду либурны⁶⁸, земля открыла тебе обильные источники, Юпитер послал тебе проливные дожди, Океан приплыл к тебе по руслам всех рек. 7. Вследствие этого погружающиеся в воду без чужой помощи суда стремительно поплыли, приведённые в движение усилиями множества людей, которым для этого счастливого начала нужна была скорее морская песня⁶⁹, чем напряжённый труд. 8. Таким образом, император, каждый легко поймёт, как намерены сопутствовать тебе удачи в морском деле, тебе, пред кем смиряется даже капризность непогоды.

XIII 1. Итак, ты счастлив, Рим, такими владыками – ведь дозволено, чтобы мы закончили эту благоговейную речь тем, с чего начали, – счастлив, я повторяю, и намного счастливее сейчас, чем во время правления своих Ромула и Рема. 2. Ведь те, хотя и были братьями-близнецами, спорили, кто даст тебе своё имя; они заняли разные холмы и получили различные предзнаменования⁷⁰: эти же твои хранители⁷¹, хотя сейчас твоё государство настолько же могущественнее, насколько оно обширнее чтимого людьми древнего померия⁷², изо всех сил трудятся ради тебя безо всякого соперничества. Хотя они впервые возвращаются в тебя триумфаторами, они хотят въехать на одной колеснице, вместе вступить на Капитолий, вместе поселиться в Палатинском дворце⁷³. 3. Пользуйся, я прошу, именами и того и другого своего владыки – ведь тебя не принуждают выбирать: пусть сейчас ты будешь называться и Геркулием, и Иовием⁷⁴. 4. О, насколько величественнее был бы сейчас знаменитый город⁷⁵, император, насколько пышнее справлял бы он этот свой день рождения, если бы видел вас в окружении вашего сената на знаменитом холме Юпитера Капитолийского⁷⁶! Без сомнения, сейчас Рим воображает, будто вы находитесь в нём, и потому заполняет толпа-

identidem, sicut a maioribus institutum est, inuocando Statorem Iouem Herculemque Victorem. 5. Hoc enim quondam illi deo cognomen ascripsit is qui, cum piratas oneraria naue uicisset, ab ipso audiuit Hercule per quietem illius ope uictoriam contigisse; adeo, sacratissime imperator, multis iam saeculis inter officia est numinis tui superare piratas.

14. 1. Sed profecto mature ille illucescet dies, cum uos uideat Roma uictores et alacrem sub dextera filium, quem ad honestissimas artes omnibus ingenii bonis natum felix aliquis praeceptor expectat, cui nullo labore constabit diuinam immortalemque progeniem ad studium laudis hortari. 2. Non necesse erit Camillos et Maximos et Curios et Catones proponere ad imitandum; quin potius uestra illi facta demonstret; uos identidem et semper ostendat praesentes et optimos imperatoriae institutionis auctores. 3. Interim tamen te, gentium domina, quoniam hunc optatissimum principem in Galliis suis retinet ratio reipublicae, quaesumus, si fieri potest, ne huic inuideas ciuitati, cui nunc ille similitudinem maiestatis tuae confert natalem tuum diem celebrando in ea consuetudinem magnificentiae tibi debitae. 4. Teque ipsum, imperator, oramus ut etiam, cum uos totius orbis securitate composita illa imperii uestri mater acceperit, amplexus eius artissimos interdum piis manibus resoluatis, tuque potissimum (credo enim hoc idem Diocletianum oriens rogat) has prouincias tuas frequenter illustres et profundissima licet pace florentes aduentu numinis tui reddas feliciores. 5. Vides, imperator, quanta uis sit tuorum in nos caelestium beneficiorum: adhuc praesentia tua fruimur et iam reditum desideramus.

ми людей храмы ваших богов, непрерывно, как установлено предками, призывая Юпитера Статора⁷⁷ и Геркулеса Победителя. 5. В самом деле, некогда это прозвище – Победитель – дал знаменитому богу тот, кто, победив напавших на его корабль пиратов, от самого Геркулеса услышал во сне, что одержал победу с его помощью⁷⁸: так, святейший император, в течение уже столь многих веков в обязанности твоего бога входит усмирение пиратов.

XIV 1. Но вскоре действительно наступит этот блистательный день, и Рим увидит вас, победителей, и под вашей десницей – радостного сына⁷⁹, рождённого всеми дарованиями таланта для самых благородных дел. Счастлив тот наставник, кто бы он ни был, который безо всякого труда привьёт стремление к славе этому божественному и бессмертному отпрыску. 2. Не будет необходимости приводить в качестве примера для подражания Камиллов, Максимов, Куриев и Катонов⁸⁰: скорее всего, он покажет ему ваши деяния, непрерывно и постоянно будет выставлять вас подлинными и наилучшими наставниками императоров. 3. И всё же, поскольку интересы государства удерживают нашего желаннейшего принцепса в его Галлиях, мы просим тебя⁸¹, владыка народов, не завидовать, если это возможно, нашему городу⁸², которому он сейчас придаёт сходство с твоим величием и празднует в нём день твоего рождения с той пышностью, которая обычно положена тебе. 4. Тебя же самого, император, мы молим о том, чтобы и после того, как вы принесёте безопасность всему миру и вас примет этот создатель вашей власти, вы нашли в себе силы разорвать своими благочестивыми руками его тесные объятия; чтобы ты – ибо я полагаю, что то же самое просит у Диоклетиана Восток⁸³ – прежде всего всемерно возвеличивал эти свои провинции⁸⁴ и делал их, уже цветущих благодаря самому надёжному миру, какой только может быть, ещё счастливее благодаря прибытию своей божественности. 5. Ты видишь, император, какова сила твоих небесных благодетелей по отношению к нам: мы ещё наслаждаемся твоим присутствием, а уже желаем твоего нового возвращения⁸⁵.